Quia Nobilis Marinus filius olim Mathiae Brzozowski cum sua legitima Adultalitatem et Usumfructum in Medietate Aree et Edificiorum Omnium in bonis Brzozowo Antonie consistens ad extrema vitae suae tempora inscribit. Post decessum vero ipsius eadem in Successores suos recognoscentis devolui debebunt.

Puchalski Debitum

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneali Branscen personaliter comparens Nobilis Mathias olim Nicolai Piotrowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Gaspari filio Nobilis Laurentii Puchalski de Krasowo haeredi et in eventu mortis illius legitimis Successoribus Ducentos florenos Polonicos debiti certi veri et liquidi mutuatae pecuniae teneri ac debere et pro festo Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxime futuro parata pecunia solvere se de Omnibus bonis cum Successoribus suis submittit et inscribit sub Vadio simili aliorum Ducentorum florenorum Polonicorum in defectu Solutionis pro tempore praefixo adsolvendum irremissibiliter succumbendo. Et Coram officio Castren Drohicen in primo Actorum Termino peremptorio responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remediis et defensis Legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos Successores sibi abscribendo.

Skłodo Krasowo Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneali Branscen personaliter comparens Nobilis Andreas olim Leonardi Ostrowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobiles Mathias et Christophorus olim Stanislai Skłodo et eorum Successores Obligationem terrae immobilis in bonis Krasowo Częstki sitae per olim Nobilem Stanislaum quondam Nicolai Skłodo olim Nobili Leonardo quondam Alberti Ostrowski parenti suo in Summa Septemdecem cum media Sexagenis Polonicorum Coram Actis praesentibus Feria secunda in Crastino festi Assumptionis Gloriosissimae Virginis Mariae in Caelum in Anno Millesimo sexcentesimo Vigesimo Primo inscriptam Cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sibi ac parata posessione tuitione evictione et ligamentis in Originali inscriptione contentis demittit Intromissi illi exponere cum possessione pacem per Nobilem et Nobiles dictos acceptandam admittendo.

Wyszkowska Krasowska Quietatio

~~Coram~~ officio et Actis praesentibus Castren Capitaneali Branscen personaliter comparentes Nobiles Mathias et Christophorus olim Stanislai Skłodo filii sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia Nobilem Catherinam filiam olim Pauli Wyszkowski relictam conthoralem olim Christophori Krasowski de Solutione Summae Duodecem Sexagenis Polonicorum ex obligatione bonorum in haereditate Krasowo Częstki dicta consistens sibi per ipsam inscripta quietant Inscriptionem cassant et de bonis exponere condescendunt.

Srzednicky Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneali ~~Branscen~~ personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Marci Srzednicki de ~~Srzednica~~ Maciejowięta haeres Nomine suo et Nobilis Joannis Srzednicki fratris sui germani a quo de rato et grato cavet sanus mente et corpore existens palam publice ac

libere